Noverint universi quod ego Guillelmus Andree de Armentaria francus liber et immunis ut assero ab omni servitute et dominio cuiusque per-

12. sone attendens me teneri vigore iuris communis et racione quod [illegible] domina Sacristana infrascripta [illegible] mansi qui fuit Cas-

tilionis Arnaldi dicti Leo de Armentaria cum eius possessionibus et pertinenciis ex quoquidem manso vos venerabilis domina Geralda

de Blanis monasterii Sancti Danielis Gerunde sacristana racione dicti vestri officii debetis habere homines et feminas proprios et soli-

dos. Pro quoquidem manso ego habeo esse et esse debeo vester dicte domine Geralde sacristane predicte racione dicti vestri officii. Ideo atten-

tis predictis et racione dicti mansi Castilionis eicio me et facio de presenti hominem proprium et solidum vestri dicte domine Ge-

ralde sacristane predicte et dicti vestri officii sacristie et successorum vestrarum in dicto vestro officio sacristie una cum omni prole a me

deinceps procreanda et omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris. Et promitto vobis esse bonus fidelis et legalis et

successoribus vestris in dicto vestro officio sacristie tam de corpore quam de avere et non intrabo castrum villam vel civitatem vel aliquem

alium locum nec aliquid aliud faciam propter quod vos vel successores vestre me amittere possitis et aliquis lucrari. Et vos et

successores vestras et non alios pro dominis meis naturalibus semper reclamabo. Iurans sponte per deum et eius sancta quatuor

evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula attendere et complere et in aliquo non contravenire iure aliquo sive causa.

Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate facio vobis de presenti homagium manibus tamen comendatum iuxta usum

huius terre. Actum est hoc Gerunde tricesima prima die mensis octobris anno a nativitate domini millesimo trecen-

tesimo quinquagesimo quarto. Signum Guillelmi Andree predicti qui hec firmo et laudo parique iuro.

Testes huius rei sunt Guillelmus Leonis clericus Sancti Danielis et Berengarius Galcerandi civis Gerunde.

Sig+num Petri Mironi clerici notarii publici reverendi domini Episcopi Gerundensis de Sinoris recepto per Arnaldum

Raymundi notarium publicum dicti domini Episcopi iuratum scribi fecit et clausit.

Sacristia.
Armantera.
Mas Castelló.

A 31 8bre 1354.

Confessió de home propi feta per Guillem Andreu de Armantera à favor de la Sacristia de S. Daniel per rahó de son mas Castelló de Armantera.

n.º 850

T. 283 y 285

1 del plec de diferents de la sacristia
Armantera

897